UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

6. Noli laborare, ut ditêris, sed prudentiæ tuæ pone modum. Prov. 23.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

Visual Library

Inde concipies honorem ; quia qua-
litas magnorum hominum eſt, eos ma-
gnos efficere, qui fideliter & cum amo-
re inſerviunt. Non fac ſicut quidam fa-
ciunt, qui ſunt faciles & boni erga ſer-
vos, dummodo paupertate & miſeri
contenti vivant.

Aliunde non neglige quod tua inte-
eſt & ita diſpone, ut lucrum quod ap-
te faciunt, non ex alia parte, quam ex tu
liberalitate aut tua prudentia proveni
& ut eorum theſaurus non creſcat p
tuam ruinam. Quia dedecus eſt vide
quod quotidiè videmus, divites famul
& pauperes Dominos.

## REGULA SEXTA.

*Noli laborare, ut diteris: ſed pru-
dentiæ tuæ pone modum.* Prov. 2

## PARAPHRASIS.

*Non obruas te laboribus, nec perdas tu-
am ſanitatem, ut tibi divitias accu-
mules.*

*Timor & prudentia, quæ tibi dant a-
ſam prævidendi futura neceſſaria*

*vera ſtultitia conſiſtunt, niſi moderentur in tantùm pro conſervatione innocentiæ & tranquillitatis tuæ animæ, quantum operantur pro augmento tuorum redituum.*

## REFLEXIO.

Hodie plenus es inquietudinum, & multùm laboras, quomodo divitias acquirere, & aliquot annis requieſcere valeas; Operare conſultiùs, quieſce modo, & differ nunc inquietudines, & quas tibi ipſi imponis moleſtias.

Unaquaque die tantum occuperis, & ſollicitus ſis, quantum oportet, ut eâ die feliciter & tranquillè vivere poſſis.

Relinque ambitionem multas conquirendi divitias, & experientiâ aliorum diſce, quod hoc ipſum ſit, multas ſibi congregare moleſtias. Nimis multum pecuniæ in ciſtis, & nimis multum alimenti in ſtomacho, ſunt æqualiter duæ periculoſæ incommoditates.

Quies & delectatio non creſcunt nec cumulantur ſicut divitiæ; Si ſufficientes aut ſaltem ſat commodas poſſides divitias, & delectatio uſque ad extremum per-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pervenit terminum ; Potes quidem fieri ditior, ſed non magis contentus & potens.

Quando eris magnus Dominus, circumdatus multitudine ſervientium, erit præeminentia tua ante alios mediocris fortunæ homines, in hoc quod pluribus impedimentis & importunitatibus circumdatus ſis, quod plura inutilia mobilia habeas, plus vanitatum & ſtultitiarum in veſtibus, plures homines ad menſam, plures rumores in domo, & plures turbationes in capite.

Cum omnibus cumulis & millionibus divitiarum non vales emere aliud corpus, & quam diu tantum unum habes corpus, non indiges duabus domibus, aut tribus menſis, & adhuc minus quadraginta manibus pro tuo ſervitio.

Hæc multitudo laborum & inquietudinum eſt pro aliis, quos domi tuæ nutris ; & in veritate dicere poſſumus, quod hi qui maximè laborant eſſe divites minimè pro ſe ipſis laborent.